

A borítólap

hiányzik

SCHEMATISMUS

C L E R I

ARCHI-DIOECESIS

STRIGONIENSIS

PRO ANNO

A CHRISTO NATO

1862.



SCHEMATISMUS

STRIGONIL, 1862.

T Y P I S A E G I D I I H O R Á K.

P A T R O N U S

ARCHI-DIOECESIS

S T R I C O N I E N S I S

S A N C T U S

A D A L B E R T U S

E P I S C O P U S E T M A R T Y R .

BREVIS
HISTORIA ABBATIARUM
INTRA AMBITUM
ARCHI-DIOECESIS STRIGONIENSIS
EXISTENTIUM.

Abbatia S. Stephani Protoregis Hung. de Telky.

De initiis Abbatiae huius, in Comitatu Pilisiensi, prope Budam, sitae, doctissimus Auctor *Monasteriologiae* *), quam in adumbranda brevi hac Abbatiarum et Praepositurarum, intra ambitum Archi-Dioecesis Strigoniensis existentium Historia, libenter sequemur, — non rei solum, sed verbis etiam, ut plurimum, inherentes, — scribit: eam pia liberalitate Comitis Micha, initio Sacculi XIII. surrexisse. Fundator tamen mox anno 1220. sollicitavit Pontificem Summum, ut loco Benedictinorum, monachos Ordinis Cisterciensis faciat in Abbatiam a se erectam introduci. Pontifex Episcopo Weszprimensi, tunc loci Dioecesano, dedit in

*) In opere, cui titulus est: Damiani Fuxhofer Benedictini Pannonii Monasteriologiae Regni Hungariae Libri duo totidem Tomis comprehensi. Recognovit, ad fidem fontium revocavit, et auxit Maurus Czinár, Benedictinus aequo Pannonus, Archi-coenobii S. Martini de S. Monte Pannoniae Archivi, Museorum et Biblioth. Custos, AA. Lib. et Phil. Doctor. Pestini, 1858—60. In 4-o maj. Tom. I., XIV. et 346. pag. Tom. II., IV. et 240. pag.

IV

mandatis, ut circumstantiis rei provide spectatis, si expedire videretur, petito deferret. Videtur nihilominus designatus a Pontifice Praesul, votis ac intentioni Comitis non secundasse: causis eiusmodi mutationis probabiliter minus sufficientibus inventis. Adminus in Annalibus Cisterciensium nullibi legitur, Abbatiam hanc ad eorum iura, sive tunc, sive tardius, transivisse. — Abbatia Telky (in rescripto Honorii III. Papae Thaliqui, alias Telequi), subsequis temporibus varias subivit mutationes. Jam anno 1278. ob patronorum defectum ad statum exinanitionis redacta, et ad regiam collationem devoluta, per Ladislauum IV. regem Hungariae, claustro Sanctimonialium B. M. V. Ordinis fratrum Praedicatorum de insula Danubii, unita fuit, et subiecta. Posteriori aevo Sacerdotii Vetero-Budensis, a S. Stephano fundati iuribus subdita, dein vero (a. 1593.) Josae Etyeky, in subsidium adversus Turcas vendita, tandem (a. 1702.) Ordini S. Benedicti fuit reincorporata: iuncta Conventui B. M. Virginis ad Scotos Viennae existenti; cuius Abbas etiam istius Abbatiae titulum gerit.

Abbatia SS. Salvatoris de Lekér.

Tempus fundationis incertum est; benefactoris nomen, cuius pietati debetur, pariter ignoramus. Benedictinam tamen fuisse hanc Abbatiam, Petrus Pázmány Cardinalis S. R. E., et Archi-Episcopus Strigoniensis, in suo Monasteriorum Catalogo testatur; eidem titulum SS. Trinitatis tribuens. Aliquando etiam Seraphini dictam fuisse *), documenta e Saeculo XIV. relicta ostendunt. — Abbatia Lekériensis hodie dum inter reales numeratur; conferturque per suam Caes. Reg. et Apostolicam Maiestatem viris ecclesiasticis, de re publica et Ecclesia Hungarica bene meritis. Statum Abbatiae, exeunte Saeculo XVIII., optimè descripsit Joachimus Kar-

*) Titulus Abbatiae S. Seraphini de Lekér in Seepusio, nunc separate confertur.

dos, Ecclesiae Lekériensis Parochus, qui inter restauratores Ecclesiae Abbatialis laudat imprimis Joannem Okolicsányi, Magno-Varadinensem Episcopum, una Lekériensem Abbatem; porro Joannem Galgóczy, Episcopum Tragurienensem: quorum prior labescentem Ecclesiam restaurans, ampliavit, alter vero non renovavit solum, sed et magnificam turrim adjecit. Antonius Reviczky Superior Castrensis quadratis lapidibus navim Ecclesiae sterni, fenestras item ampliari curavit; Ignatius vero Paarhammer novum, priore longe maius Sanctuarium exstruxit. Philippus Wohlgemuth, Canonicus una Zagrabiensis, altare e marmore, tabernaculum, et imaginem SS. Salvatoris, non medioeribus sumptibus fieri fecit.

Abbatia de Valle B. M. V.

(Mariathal.)

E pluribus, quas Cistercienses, de Valle nuncupatas Abbatias sub corona Regni Hungariae habuerunt, distinguitur illa, quae vulgo Marienthal vocatur, in Comitatu Poniensi sita, cum celebri Monasterio olim Paulinorum, et thaumaturgae B. M. V. iconे. Ut cunque res sit, opinari licet, hoc eodem loco Abbatiam Cisterciensem stare olim potuisse; et in Ludovico I. rege Hungariae restauratorem fuisse naquam: qui anno 1377. Paulinos eo induxit, zelo, honorem B. Pauli primi Eremitae promovendi animatus. Ut enim in Synopsi Annalium FF. Eremitarum Ordinis S. Pauli (auctore Francisco Orosz) legimus: „Pretioso B. Pauli primi Eremitae Sacri Corporis pignore potitus Ludovicus I. pientissimus rex, cunctique devotissimi Cleri Hung. Praefati, Optimates item, Nobilissimum florentissimi Regni Hung. Proceres, divino haud dubie impulsu, Divum Paulum primum Eremitam unanimi voto, devotione et consensu, in Apostolici

Regni Hungariae Patronorum ac Tutelarium Sanctorum numerum, solenni pompa, magnoque plausu et jubilo suscepserunt: cum novo Patrono nova omnia, prospera et felicia sibi, totique regno a Deo, bonorum omnium largitore eventura sperantes". Hoc zelo erecta domus Dei, fata extincti Ordinis in Hungaria supervixit; et quae ultima sublati Ordinis fuerat sedes, amoenitate situs, Ecclesiae splendore, necnon celebri pie peregrinantium confluxu, famam, non menque tuetur. Nunc solum titulus e gratia Regis Apostolici confertur; Ecclesia vero Parochialis, opus piissimi Regis Ludovici I., Celsiss. Principem Fridericum a Schwarzenberg patronum veneratur.

Abbatia B. M. V. de Campo Strigoniensi.

Abbatiam hanc, in Catalogo Petri Pázmány e serie Abbatiarum Ordinis Cisterciensis emissam, reposuit, suoque Ordini vindicavit Theophilus Heimb. Asserta est eidem S. Ordini ab erudito Consiliario Aulico, Michaele Painter; qui hanc Abbatiam S. Tisiboti (rectius Disibodi) nominat. Etiam illi, qui Abbatiam de Campo Strigoniensi ab ea S. Disibodi distinguunt, convenient in aera fundationis; eamque ad annum 1269. defigunt. — Abbatia de Tisiboti collata fuit anno 1794. Antonio Leoni Cazzanti, Presbytero Saeculari, Nationis Armenicae Constantinoli Deputato, qui eam usque annum 1842. tenuit. Abhinc nemini collata, nec inter vacantes titulos visitur: sed titulus Abbatiae B. M. V. de Campo Strigoniensi adusque viget*).

*) Joannes Illyés, monasterii Ordinis Cisterciensis Ordinandus Abbas, sub Christiano Augusto Princ. Primate Regni, hoc titulo (nempe B. M. V. de Campo Strigoni.) benedictionem ab eodem Principe Primate accepit: cui etiam fidelitatem juravit.

Abbatia S. Benedicti prope Strigonium.

S. Sebastianum, primum Archi-Epis copum Strigoniensem socios etiam sui Ordinis e monasterio S. Martini sibi assumisse pronum est iudicare. Factum est id more omnium pene Cathedralium Ecclesiarum in Occidente; quas cum soli Benedictini vel fundarint, vel certe restauraverint, e longiore cum Episcopis cohabitatione, praesertim in defectu saecularis sacerdotii, necessarie tere manavit, ut officia, quae S. Benedictus in suis Monasteriis constituerat, etiam in Episcopiis fuerint a Benedictinis, Canonicorum vices obeuntibus observata: quae dein, succedente tardius Clero saeculari, in dignitates Cathedralium Ecclesiarum fuerant elevata. Hanc Dominici Schram sententiam tute possumus etiam quoad res Hungariae Ecclesiasticas am plecti. Vitae communis vestigia in documentis Saeculi XI., XII., imo etiam XIII. adhuc non panca supersunt apud Canonicos Jaurinenses, Strigonienses, et alios: utut multi iam aetate hac postrema ad privatam vitam transierint. Abbatia quoque S. Benedicti prope Strigonium tunc orta fuerit, dum Clero regulari saecularis successit: quod sub finem Saeculi XI., vel initium XII. videtur accidisse. In Catalogo Petri Pázmány nulla fit Abbatiae huius mentio: verum libro regio inscriptum eius titulum legimus*), quem et Augusti Reges nostri recepto more conferre solent.

Abbatia B. M. V. de Monostra supra Comaromium.

(Koppán-Monostor.)

Abbatia haec Ordinis S. Benedicti probabilius ab aliquo ex illustri Catapanorum stirpe, Saeculo XIII. fundata,

*) Franciscus Makay, Canon. M.-Varadinensis, 27. Febr. 1740. nuncupavit juramentum fidelitatis Archi-Episcopo Strigoniensi, in Abbatem S. Benedicti prope Strigonium renunciatus.

VIII

supra Comaromium, in dextra Danubii ripa, inter possessiones Uj-Szöny et Ács posita, collem vitiferum occupabat; cuius prolixa adbuc sub finem Saeculi XVII. exstabant rudera: — quae dum Constantinopolim navi per Danubium veheretur, Robertus, Abbas S. Crucis in Austria, tristis spectabat. Vetere aevo Kápán, tardius Koppán vocabatur. Religiosis ob metum Turcarum dilapsis, anno 1537. occupavit Abbatiam Mathias Baronyay de Eösén, arcis Tatensis Praefectus. An contradictio Michaelis Archi-Abbatis effectum aliquem habuerit, ignoratur: id tamen constat, quod Ferdinandus I. rex anno 1540. Joanni Hardich, Comaromiensi Capitaneo praeceperit, ut partem piscationis ab antiquo ad Abbatiam Koppán-Monostor pertinentem, et turbulentis temporibus per Mathiam Baronyay occupatam nulli alteri, quam Archi-Abbati dare praesumat; ad quem videlicet haec Abbatia ab olim spectaret. Idem tamen Ferdinandus I., vacante tam hac Abbatia, quam etiam Archi-Abbatia, et Conventu neutrobique existente, bona Abbatiae Koppán-Monostor Martino Farkas, ad dies vitae duntaxat, contulerat: quo mortuo, Stephanus Fejérkővý, Episcopus Weszprimiensis, et Archi-Abbas Commendatarius, anno 1581. eadem bona Abbatiae huius in 600. florenis oppignoravit; pecuniam ad reparationem arcis, et monasterii S. Martini convertens. Paulo post Abbatia, frustra protestationem interpolentibus Archi-Abbatibus, arcis Comaromiensi fuit addicta; unde ad iura Comitum Zichy transivit. Abbatiae titulus in praesens duplex est: confertur enim sub titulo B. M. V. de Monostor supra Comaromium, necnon alio, B. M. V. de Koppán-Monostor.

Abbatia B. M. V. de Rákony.

Pauca admodum sunt, quae de hac Abbatia Cl. Auctori Monasteriologiae innotuerunt, et haec quoque incerta. Juxta Manuscriptum Painterianum sita fuit in Archi-Dioce-

si Strigoniensi; iuxta Catalogum vero quemdam e Saeculo XVII., ad Danubium: ut adeo inter Posonium et Strigonium esset quaerenda... Memoriam eius solummodo titulus Abbatis conservat.

Abbatia B. M. Virginis de Prinou.

Una ex illis Abbatis est (sunt autem Praepositurae quoque tales), de quibus, ob defectum notiarum fidei dignarum, Auctor Monasteriologiae tacet: cuius eruditum silentium nobis quoque eandem legem imponit. Juxta Catalogum Pazmani (inter Abbacias incerti Ordinis), viguit anno 1252. in Strigoniensi Dioecesi.

Abbatia B. M. V. de Zebegény.

Scribitur etiam Szebegény, Szöbögény, item, de monte Szöbegény; erat autem Ordinis S. Benedicti. Creditur ad cladem usque Mohácsianam perdurasse: quando vero cooperit, non adeo constat. Certe iam anno 1342. Abbas Henricus, Capitulo generali Benedictini Ordinis, ad S. Andream de Visegrád celebrato, interfuerat. Monasterium in Comitatu Honthensi fuerat situm, in monte Danubio incumbente. De ruderibus, an aliqua supersint, nil certi tenetur: verum spectari adusque possunt ex Danubio, necnon vicina possessione Dömös, in monte, semet adversus Danubium inclinante, tria antra, seu sic dicta Eremitoria; quae veteri Benedictinorum ritu, ab iis monachis incolebantur, quibus e regula S. Benedicti permissum fuit, ut — postquam in Congregatione longo usu didicissent contra carnem, mundum, et daemonem pugnare, — solitariam, et eremiticam vitam sequi possint. Nunc ea pastoribus domicilium praebent.

Abbatia de Casar.

In „Monasteriologia“ nostra nulla fit Abbatiae huius mentio: coniecturis autem qualibuscunque circa illam, stu-

X

dio abstinemus. Id unum observasse sufficiat, in Catalogo Pazmani, ad Abbatias incerti Ordinis referri.

Abbatia S. Benedicti.

Titulo S. Benedicti plures in Archi-Dioecesi Strigonensi (neconon iis, quae ad illam ut partes olim pertinebant, Dioecesibus,) numerantur, saltem numerabantur aliquando Abbatiae. An haec quoque una sit ex illis, alio solum nomine occurrens, vel vero distincta, non inquirimus. Monasteriologiae auctor eandem silentio premit. Constat utique, Abbatiarum rem quidem ipsam, saepius uni, titulum autem alteri, quin imo duobus etiam conferri. Stat exempli loco Abbatia B. M. V. in Coelos Assumptae Trium fontium de Beel, seu Apátfalva; quae (iuxta Schematismum Archi-Dioeceseos Agriensis), qua realis, pertinet ad Seminarium Cleri Junioris Agriensis; titulus vero Abbatiae „B. M. V. in Coelos Assumptae Trium Fontium de Beel, seu Apátfalva“, tum Abbatiae „B. M. V. in Coelos Assumptae Trium Fontium de Behel“, distinctis personis collatus cernitur: quin tamen persuadere sibi quis necessarie debeat, imo possit, titulis his distinctas etiam Abbatias designari.

Abbatia de Ludány.

(SS. Cosmae et Damiani M. M.)

Ludány vicus est in Comitatu Nitriensi, Archi-Dioeceses Strigoniensis. Partem vici Abbatia olim SS. Cosmae et Damiani Martyrum, Ordinis S. Benedicti, posseidebat. Fundator et initia huius Abbatiae non poterant adusque eruderari. Antiquissimam nihilominus eam fuisse, vel ex eo satis appareat, quod Andreas II. qua dux, hortatu Regis Emerici, sui fratris, erga Ecclesiam et Abbatiam SS. Cos-

mae et Damiani, complura liberalitatis exhibuerit argumenta. Post cladem Mohácsianam incursione Turcarum vastata Abbatia, ad manus saecularium devenit: donec illam Nicolaus Oláh Archi-Episcopus Strigoniensis, Apostatae Georgio de Ludány eripuisset (a. 1557.), tardius, anno nimirum 1656. ven. Capitulo Nitriensi incorporatam. Ecclesia Abbatialis stetit adhuc tempore Visitationis, per Josephum Comitem a Bathyan, Principem-Primatem et Cardinalem personaliter institutae, anno 1781., sed ruinae proxima. Quare ara principali ad Ecclesiam Parochiale translatam, Ecclesia Abbatialis diruta fuit; nec ullum amplius superest vestigium eius. Historiam Ecclesiae Abbatialis, ad finem saeculi XVIII., Joannes Poludvorni, Parochus Alsó-Ludányensis scripsit. Titulus Abbatiae non solet amplius conferri.

Abbatia S. Margarethae V. et M. de Béla.

Distinguenda venit Abbatia haec ab altera, nominis eiusdem, in Slavonia sita. Viguit autem in Comitatu Scopussensi: cuius, in suo Catalogo, meminit etiam Pazmanus. Quo tamen tempore, vel per quem fuerit fundata, non potest definiri. Videtur nomen a Béla IV. rege, vel oppido cognomine, in cuius vicinia steterat, sortita fuisse. Supersunt quidem intra ambitum oppidi Béla veteris alicuius Ecclesiae ruderata: sed cum nulla monasterii vestigia conspiciantur, hanc Abbatialem fuisse, tuto saltem, asseri nequit. Sed est in vicinia Bélae, ad quadrantem horae, possessio Nere, etiam Stráza dicta, quae in Catalogo monasteriorum incerti Ordinis apud Pazmanum legitur; statque adhuc antiquissima Ecclesia, cum adiuncto Monasterio: quod familia Horváthiana, Stanisits de Gradecz, anno 1557. impetratum, in castellum et habitationem suam convertit. Monasterii huius auctoritas apparebat ex eo, quod docente Péterffy, more Capitulorum et Conventuum literas fecerit emanare. Ad hunc ita-

XII

que locum Abbatia S. Margarethae rectius poni videtur. Benedictini enim solitudinem professi, raro admodum in populosis civitatibus domicilium elegerunt: sunt autem plurima Benedictinorum monasteria, quae a vicina urbe, vel oppido nomen traxere. Proinde etiam Abbatia S. Margarethae, licet in Nere, tunc loco adhuc solitario, proprioque nomine carente steterit, a vicino oppido Béla potuit nominari. Nunc memoria monasterii duplici titulo, per Collationem Regiam conservatur; nam praeter titulum Abbatiae S. Margarethae de Béla, alter etiam, Praepositurae, de Sztrázska, seu Strázsa, alias Nehre conferri solet.

S. ROMANA ECCLESIA.

Summus Pontifex.

PIUS P. P. IX. antea **Joannes Maria Mastai-Ferretti**,
natus in Senegallia die 13. Maii 1792., electus Romae die 16.,
coronatus die 21. Junii 1846.

SACRUM COLLEGIUM*ineunte a. 1862.*

Eminentissimi Cardinales-Episcopi.

1. **Marius Mattei**, *nat. Pergolae die 9. Septembris 1792., Card. a. 1812., Eppus Ostiensis et Velletriensis, Decanus, S. Collegii ab a. 1860., Datarius.*
2. **Constantinus Patrizi**, *nat. Sienae die 4. Septembris 1798., Card. ab 1834., Eppus Portuensis et S. Rufinae, Sub-Decanus S. Collegii ab a. 1860.*
3. **Ludovicus Amat di S. Filippo e Sorso**, *nat. in Cagliari die 21. Junii 1796., Card. ab 1837., Eppus Praenestensis ab 1852.*
4. **Antonius Maria Cagiano de Azevedo**, *nat. in Santopadre 14. Decembris 1797., Card. ab 1844., Eppus Frascatensis ab 1854., Poenitentiarius Major.*
5. **Hieronymus d'Andrea**, *nat. Neapoli 12. Aprilis 1812., Card. ab a 1852., Eppus Sabinensis ab a 1860.*
6. **Ludovicus Altieri**, *nat. Romae 17. Julii 1805., Card. ab 1840., Eppus Albanensis ab a. 1860.*

Eminentissimi Cardinales-Presbyteri.

1. **Benedictus Barberini**, *nat. Romae die 22. Octobris 1788., Card. ab 1826., Archi-Presbyter Basilicae S. Joannis in Laterano.*

2. **Antonius Tosti**, nat. Romae 4. Octobris 1776., Card. ab 1838.
3. **Philippus de Angelis**, nat. in Ascoli 16. Aprilis 1792., Card. ab 1838., Archi-Eppus Firmanus. (Fermo.)
4. **Engelbertus Sterckx**, nat. in Ophem 2. Novembris 1792., Card. ab 1838., Archi-Eppus Mechlinensis. (Mecheln in Belgio.)
5. **Ludovicus Vanicelli-Masoni**, nat. in Amelia 17. Aprilis 1801., Card. ab 1842., Archi-Eppus Ferraraensis.
6. **Ludovicus Jacob. Mauritius de Bonald**, nat. in Milhaud 30. Novembris 1787., Card. ab 1841., Archi-Eppus Lugdunensis. (Lyon.)
7. **Fridericus Jos. Schwarzenberg**, nat. Viennae 5. Aprilis 1809., Card. ab 1842., Archi-Eppus Pragensis.
8. **Cosimus Corsi**, nat. Fiorentiae 10. Junii 1798., Card. ab 1842., Archi-Eppus Pisanus. (Pisa.)
9. **Fabius Maria Asquini**, nat. in Fagagna 14. Augusti 1802., Card. ab 1844.
10. **Nicolaus Clarelli Paracciani**, nat. in Rieti 12. Aprilis 1799., Card. ab 1844., Praef. Congr. super statu Epporum et Regularium.
11. **Dominicus Caraffa di Traetto**, nat. Neapoli 12. Julii 1805., Card. ab 1844., Archi-Eppus Beneventanus.
12. **Sixtus Riario Sforza**, nat. Neapoli 5. Decembris 1810., Card. ab 1846., Archi-Eppus Neapolitanus.
13. **Caietanus Baluffi**, nat. Anconae 29. Martii 1788., Card. ab 1846., Episcopus Imolensis.
14. **Jacobus Maria Hadrian. Caesarius Mathieu**, nat. Parisiis 20. Januarii 1796., Card. ab 1850., Archi-Episcopus Bisuntinus. (Besançon.)
15. **Thomas Gousset**, nat. in Montigni 1. Maii 1792., Card. ab 1850., Archi-Episcopus Rhemensis. (Rheims in Gallia.)

16. **Joannes Geissel**, nat. in Gimmeldingen 4. Februarii 1796., Card. ab 1850., Archi-Episcopus Colonensis. (Köln.)
17. **Nicolaus Wiseman**, nat. Sevillae 2. Augusti 1802., Card. ab 1850., Archi-Episcopus Westmonasteriensis. (Westmünster-Londini.)
18. **Josephus Cosenza**, nat. Neapoli 20. Februarii 1788., Card. ab 1850., Archi-Episcopus Capuanus. (Capua.)
19. **Dominicus Lucciardi**, nat. in Sarzana 8. Decembris 1796., Card. ab 1852., Episcopus Senogalliensis. (Sinigaglia.)
20. **Franciscus Augustus Ferd. Donnet**, nat in Bourg-Argental 16. Novembris 1793., Card. ab 1852., Archi-Episcopus Burdigalensis. (Bordeaux.)
21. **Carolus Ludovicus Morichini**, nat. Romae 21. Novembris 1805., Card. 1852., Episcopus Aesinensis. (Jesi.)
22. **Joannes Bapt. Scitovszky**, nat. in Béla 1. Novembris 1785., Card. ab 1853., Archi-Episcopus Strigoniensis.
23. **Franciscus Magdal. Nicolaus Morlot**, nat. in Langres 28. Novembris 1795., Card. ab 1853., Archi-Episcopus Parisiensis.
24. **Camillus di Pietro**, nat. Romae 10. Januarii 1806., Card. ab 1853.
25. **Joachimus Pecci**, nat. in Carpineto 2. Martii 1810., Card. ab 1853., Archi-Episcopus Perusinus. (Perugia.)
26. **Josephus Otmarus Rauscher**, nat. Viennae 6. Octobris 1797., Card. ab 1855., Archi-Episcopus Viennensis.
27. **Carolus Augustus Reisach**, nat. in Roth 6. Julii 1800., Card. ab 1855.
28. **Clemens Villecourt**, nat. Lugduni 9. Octobris 1787., Card. ab 1855.
29. **Georgius Haulik**, nat. Tynnaviae 28. Aprilis 1788., Card. ab 1856., Archi-Episcopus Zágrabiensis.
30. **Alexander Barnabo**, nat. in Foligno 2. Martii 1801., Card. ab 1856.

XVI

31. **Cyrillus de Alemeda y Brea**, nat. in Torrajen da Valasso 14. Julii 1781., Card. ab 1857., Archi-Eпископus Toledanus. (Toledo.)
32. **Antonius Benedictus Antonucci**, nat. in Subiaco 17. Septembris 1798., Card. ab 1858., Episcopus Anconitanus.
33. **Emanuel Tarancón**, nat. in Cobarabias 20. Martii 1782., Card. ab 1858., Archi-Eпископus Hispalensis. (Sevilla.)
34. **Henricus Orfei**, nat. in Orvieto 23. Octobris 1800., Card. ab 1858. Archi-Eписopus Ravennatensis.
35. **Josephus Milesi-Pironi-Feretti**, nat. Anconae 9. Martii 1817., Card. 1858.
36. **Emanuel Benedictus Rodrigues**, nat. in Villanova di Giga 25. Decembris 1809., Card. ab 1858., Patriarchia Ulissiponensis (Lissabon.)
37. **Alexius Billiet**, nat. in Chapelle 28. Februarii 1783., Card. ab 1861., Archi-Eписopus Camberiensis. (Chambery.)
38. **Carolus Sacco ni**, nat. in Montalto 8. Maii 1808., Card. ab 1861.
39. **Michael Gargia Cuesta**, nat. in Macotera 6. Octobris 1803., Card. ab 1861. Archi-Eписopus Compostellanus in Hispania.
40. **Gajetanus Bedini**, nat. in Senegallia 6. Maii 1806., Card. ab 1861., Archi-Eписopus Viterbiensis et Tuscanensis (Viterbo in Italia.)
41. **Ferdinandus de la Puente**, nat. in Cadiz 28. Aug. 1808., Card. ab 1891., Archi-Eписopus Gaditanensis in Andalucia. (Cadiz.)
42. **Angelus Quaglia**, nat. in Corneto 6. Aug. 1802., Card. ab 1861.
43. **Antonius Maria Panebianco**, nat. in Terranova 14. Aug. 1818., Card. ab 1861.

Eminentissimi Cardinales-Diaconi.

1. **Aloysius Giacchi**, nat. in Pasero 16. Augusti 1789., Card. ab 1838.
 2. **Josephus Ugolini**, nat. Maceratae 6. Januarii 1783., Card. ab 1838.
 3. **Petrus Marini**, nat. Romae 5. Octobris 1794., Card. ab 1846.
 4. **Josephus Bofondi**, nat. in Forli 24. Octobris 1795., Card. ab 1846.
 5. **Jacobus Antonelli**, nat. in Sonnino 2. Aprilis 1806., Card. ab 1847.
 6. **Robertus Roberti**, nat. in S. Giusto 23. Decembris 1788., Card. ab 1850.
 7. **Prosper Caterini**, nat. in Onano 15. Octobris 1795., Card. ab 1853.
 8. **Casparus Grassellini**, nat. in Palermo 19. Januarii 1796., Card. ab 1856.
 9. **Pietro di Silvestri**, nat. in Rovigo 13. Februarii 1803., Card. ab 1858.
 10. **Theodolphus Mertel**, nat. in Allumiere 9. Februarii 1806., Card. ab 1858.
-

EPISCOPI AD S. CORONAM REGNI HUNGARIAE
PERTINENTES.**Episcopus Belgrádensis et Semendriensis.**

Illum ac Rssimus D. VENCESLAUS SOICS, Cons. Eppus Belgrád. et Semendriensis, Abbas B. M. V. de Gotha, Cath. Eccl. Modruseu. seu Corbaviensis Lector et Can., Suac Excel. D. Episcopi Segnien. et Modrusensis Coadjutor cum jure Successionis, SS. Theol. Doctor.

Episcopus Tinniniensis.

Illum a Rssimus D. JOANNES NEHIBA, Cons. Eppus Tinniniensis, Suae Sanctitatis Summi Pontificis

XVIII

Praelatus Domesticus, M. E. Colocencis Praep. M. et Canonicus, Suae Excellentiae D. Archi-Episcopi Coloc. in Pont. Suffrag. in Spiritualibus vero Vicarius et Causarum Auditor Generalis, AA. LL. et Phil. et SS. Theol. Doctor Coll.

Episcopus Tribunicensis.

Illum ac Rssimus D. GEORGIUS NÉMETH de Dömötöri, Elect. Eppus Tribunicensis, Abbas B. M. V. de Valle, E. M. S. Praep. Maior et Canonicus, Ins. Ord. Leopoldi Imp. Eques, Sacerdos Jubilaris in annum primum.

Episcopus Scutariensis.

Illum as Rssimus D. MICHAEL FOGARASY, Elect. Eppus Scutariensis, Abbas S. Aegidii, Eccl. Cath. M. Varad. L. R. Can., Ins. Ord. Leopoldi Imp. Eques, SS. Theol. Doctor.

Episcopus Dulmensis.

Illum ac Rssimus D. VINCENTIUS JEKELFA-LUSY de Margitfalva, Elect. Eppus Almisiensis.

Episcopus Macariensis.

Illum ac Rssimus D. NICOLAUS BEZERÉDY de Eadem, El. Eppus Macariensis, Abbas de Monte S. Mariae, Eccl. Cath. Veszprimien. Lector et Canonicus, Juris Eccl. Doctor, ad Exc. Tabulam Septenviralem Assessor.

Episcopus Dulmensis.

Illum ac Rssimus D. ANTONIUS LIPTHAY de Kisfalud, Elect. Eppus Dulmensis, Abbas S. Michaelis Archang. in Insula B. M. V. iuxta Budam, Praep. S. Stephani de Castro Strigon., E. M. S. Canonicus et ADiac. Nitr., AA. LL. et Phil. item SS. Theol. Doctor Coll., Arcas Romanus.

Episcopus Bacensis.

Illum ac Rssimus D. ANTONIUS KORIZMITS, Elect. Eppus Bacensis, Abbas S. Andreae prope Visegrád, Cath. Eccl. Veszprim. Cantor et Canonicus, penes Exc. R. H. Cancellariam Aulicam Referendarius.

Episcopus Rosonensis.

Illmus ac Rssimus D. CAROLUS PAVICS, Elect.
Eppus Roson., Eccl. Cath. Bosnen. seu Diacovarensis
Praepositus Major.

Episcopus Bosonensis.

Illmus ac Rssimus D. JOSEPHUS VIBER, Cons. Ep-
pus Halyensis, et El. Bosonensis, Abbas B. M. V. de Pécs-
várad, Insig. Coll. Eccl. Poson. ad S. Martinum Praep., et
ADiac. Poson., Emssimi ac Rssimi D. Card. Princ. Primat.
et AEppi Strigon. in Pontif. Suffr., AA. LL. et Phil. item
SS. Theol. Doctor Coll.

Episcopus Noviensis.

Illmus ac Rssimus D. MICHAEL L. B. FEKETE
de Galántha, Elect. Eppus Noviensis, Praep. de Hollótó,
E. M. S. Lector et Can., Emssimi ac Rssimi D. Card.
Princ. Primatis et Archi-Eppi Strig. in Spiritualibus Vi-
carius Cath. et Causarum Auditor Generalis, Ins. Ord. S.
Stephani R. H. Eques, Synodalis Examinatorii Praeses et
Examinator, Sacerdos Jubilaris in annum quintum.

Episcopus Pharensis.

Illmus ac Rssimus D. LADISLAUS GYŐRFFY,
Elect. Eppus Pharensis, Praep. S. Joannis Bapt. de
Buda, Cath. Eccl. MVarad. L. R. Praep. M. et Can.,
Vicarius Generalis, AA. LL. et Phil. Doctor.

Episcopus Sardicensis.

Illmus ac Rssimus D. ANDREAS MESCHUTAR,
Elect. Eppus Sardicensis, Cath. Eccl. Tergestin. Can.
Hon., Ins. Ord. S. Stephani R. H. Eques.

Episcopus Dulcinensis.

Illmus ac Rssimus D. IGNATIUS MARKL, Elect.
Eppus Dulcinensis, Cath. Eccl. Weszprim. Praep. M. et
Can., Vicarius Generalis.

Episcopus Ansariensis.

Illmus ac Rssimus D. ANDREAS LIPTHAY de Kis-

falud, El. Eppus Ansariensis, E. M. S. Custos et Can., penes Exc. Cons. Reg. L. Hung. Consiliarius, Arcas Romanus.

Episcopus Pristinensis.

Illmus ac Rssimus D. JOANNES DANIELIK, El. Eppus Pristinensis, Praep. S. Petri Ap. de Sajó Sz. Péter, E. M. S. Agriensis Custos et Canonicus, Suae Sanctitatis Summi Pontif. Camerarius Secretns, Soc. S. Steph. Vice-Praeses, penes Exc. Consilium R. Loc. Hung. Consiliarius, AA. LL. et Phil. Doctor.

Episcopus Drivestensis.

Illmus ac Rssimus D. ALEXANDER LÉVAY, El. Eppus Drivestensis, E. M. Agriensis Praep. Major et Can., ad Exc. Tabulam Septemviralem Co-Index.

Episcopus Vovadrensis.

Illmus as Rssimus D. FRANCISCUS FARKAS de Királyhegy, El. Eppus Vovadrensis, Cath. Ecol. Alba-Regalensis Praep. Major et Cauonicus, Abbas S. Nicolai de Eresi, Ins. Ord. Leop. Imp. Eques, Sacerdos Jubilaris, SS. Theol. Doctor Coll.

Episcopus Scopiensis.

Illmus ac Rssimus D. JOSEPHUS KRÁL, El. Eppus Scopiensis, Abbas B. M. V. de Tormova, Cath. Ecol. Quinque-Ecol. Cantor et Canonicus, Vicarius Generalis, Sacerdos Jubilaris.

Episcopus Sibenicensis.

Illmus ac Rssimus D. AUGUSTUS e Comitibus FORGÁCH de Glymes et Gács, El. Eppus Sibenicensis, Abbas B. M. V. de Kolos. E. M. S. Canonicus et Archidiaconus Sasváreensis, Incl. Comitatus Strigoniensis Officium Supremi Comitis Administrator, Ins. Ord. S. Joannis Hierosolymit. alias Melitensium ad Honores Eques.

Vacant: *Episcopus Cattarensis, Scardonensis, Serbiensis.*

PROVINCIA STRIGONIENSIS.

METROPOLITA.

Eminentissimus ac Reverendissimus D. JOANNES BAPT. S. R. E. Tituli S. Crucis in Jerusalem Presbyter Cardinalis SCITOVSZKY, Metropolitanae Eccl. Strig. Archi-Episcopus, S. Sedis Aplae Legatus Natus, I. Regni Hung. Princeps Primas, Summus et Secretarius Cancellarius, Insignis Ord. S. Stephani Regis Apli Praelatus, Ejusdem, Ins. item Ord. Leopoldi Imp. Magnae Crucis Eques, S. C. et R. Aplae Maiestatis Act. Int. et ad Excelsum R. Loc. Consilium Hung. Consiliarius, Comissionis Ecclesiasticae Praeses, Inclyti Comitatus Strigoniensis Perpetuus ac Supremus Comes, ad Excelsam Tabulam Septemviralem Co-Judex, Sacerdos Jubilaris, AA. LL. et Phil. nec non SS. Theol. Doctor.

EPISCOPI SUFFRAGANEI.

Episcopus Munkácsiensis.

Illmus ac Rssimus D. BASILIUS POPOVICS, Episcopus Gr. Cath. Munkácsiensis, Abbas SS. Petri et Pauli Apostolorum de Tapolcza.

Episcopus Eperjesensis.

Illmus ac Rssimus D. JOSEPHUS GAGANECZ, Episcopus Gr. Cath. Eperjesensis, Insignis Ord. Imp. Francisci Josephi I. Commendator.

Episcopus Veszprimiensis.

Excellentissimus Illmus ac Rssimus D. JOANNES RANOLDER, Episcopus Veszprimiensis, S. C. et R. Aplae Maiestatis Act. Int. Cons., Serenissimae Reginae Hung. Cancellarius, SS. Theolog. Doctor. Coll.

Episcopus Neosoliensis.

Illmus ac Rssimus D. STEPHANUS MOYES,
Episcopus Neosoliensis, AA. LL. et Phil. Doctor.

Episcopus Nitriensis.

Illmus ac Rssimus D. AUGUSTINUS ROSKOVÁ-
NYI de Eadem, Episcopus Nitriensis, Solio Pontificio
Assistens, una Suae Sanctitatis Summi Pontificis Prae-
latus Domesticus, AA. LL. et Phil. nec non SS. Theol.
Doctor Coll.

Episcopus Alba-Regalensis.

Illmus ac Rssimus D. EMERICUS FARKAS, Epi-
scopus Alba-Regalensis, Ins. Ord. Leopoldi Imp. Com-
mendator, AA. LL. et Phil. Doctor.

Episcopus Quinque-Ecclesiensis.

Illmus ac Rssimus D. GEORGIUS GIRK, Episco-
pus Quinque-Ecclesiensis, SS. Theol. Doctor Coll.

Episcopus Sabariensis.

Illmus ac Rssimus D. FRANCISCUS SZENCZY,
Episcopus Sabariensis, AA. LL. e Phil. Doctor.

Episcopus Jaurinensis.

Illmus ac Rssimus D. JOANNES SIMOR, Episco-
pus Jaurinensis, C. R. Capellanus Aulicus ad Honores,
SS. Theol. Doctor Coll.

Episcopus Vaciensis.

Illmus ac Rssimus D. ANTONIUS JOSEPHUS
PEITLER, Episcopus Vaciensis, Suae Sanctitatis Sum-
mi Pontificis Praelatus Domesticus, Ins. Ord. Imp.
Francisci Josephi I. Eques.

SUB
GUBERNIO
EMINENTISSIMI AC REVERENDISSIMI
DOMINI DOMINI
JOANNIS BAPT.
S. R. E.
TITULI S. CRUCIS IN JERUSALEM
PRESBYTERI CARDINALIS
S C I T O V S Z K Y
DE NAGY-KÉR,
METROPOLITANAEC ECCLESIAE STRIGONIENSIS
ARCHI-EPISCOPI,
S. SEDIS APOSTOLICAE
L E G A T I N A T I,
INCLYTI REGNI HUNGARIAE
PRINCIPIS PRIMATIS,
SUMMI ET SECRETARI CANCELLARI, INSIGNIS ORDINIS S. STEPHANI REGIS APOSTOLICI PRAELATI, EJUSDEM, INS. ITEM ORDINIS LEOPOLDI IMP. MAGNAE CRUCIS EQUITIS, S. C. ET R. AP. MAJ. ACT. INT., ET AD EXC. R. LOC. CONSILIJ HUNG. CONSILIARII, INCLYTI COMITATUS STRIGONIENSIS PERPETUI AC SUPREMI COMITIS, AD EXC. TABULAM SEPTEMVIRALEM CO-JUDICIS, SACERDOTIS JUBILARIS, AA. LL. ET PHIL. JUBIL., NEC NON SS. THEOL. DOCTORIS COLLEGIATI.

CAPITULUM

METROPOLITANAECYCLESIAE STRIGONIENSIS
AD S. ADALBERTUM EP. ET M.

Praepositus Major.

Illmus ac Rssimus D. GEORGIUS NÉMETH de
Dömötöri, *pag. XVIII.*

Lector.

Illmus ac Rssimus D. MICHAEL L. B. FEKETE
de Galántha, *pag. XIX.*

Cantor.

Illmus ac Rssimus D. EMERICUS TÓTH, Cons.
Eppus Thaumacensis, Abbas S. Jacobi de Insula Da-
nubii, E. M. S. Cantor et Canonicus, Emssmi ac Rssimi
D. Card. Princ. Prim. et Archi-Eppi Strig. in Pontificali-
bus Suffraganeus, Sacerdos Jubilaris in annum tertium.

Custos.

Illmus ac Rssimus D. ANDREAS LIPTHAY de
Kisfalud, *pag. XIX.*

**Praepositus S. Georgii de Viridi Campo Strigonensi et
Archi-Diaconus Cathedralis.**

Rssimus D. MICHAEL KEMP, Abbas S. Martini
de Bulch seu Bules prope Castrum Solymos, Praep. S.
Georgii de viridi Campo Strigon., E. M. S. Canonicus,
et Archi-Diaconus Cathedralis, AA. LL. et Phil. item
SS. Theol. Doctor Coll.

Praepositus S. Stephani de Castro Strigoniensi et Archi-Diaconus Nitriensis.

Illmus ac Rssimus D. ANTONIUS LIPTHAY de Kisfalud, *pag. XVIII.*

Praepositus S. Thomae de Monte Strigoniensi et Archi-Diaconus Honthensis.

Illmus ac Rssimus D. JOSEPHUS DURGUTH, Suae Sanctitatis Summi Pontificis Praelatus Domesticus, Abbas S. Gregorii de Colocza, Praep. S. Thomae de Monte Strigon., E. M. S. Canonicus et ADiac. Honthensis, Studii Theol. Strig. Pro-Director, AA. LL. et Phil. item SS. Theolog. Doctor Coll.

Archi-Diaconus Marsensis.

Rssimus D. JACOBUS MAJSCH, Praepositus de Sztrázska seu Sztrazsa alias Nehre, E. M. S. Canonicus, et Archi-Diac. Barsensis, Synodalis Examinator, Sacerdos Jubilaris in annum primum.

Archi-Diaconus Comaromiensis.

Illmus ac Rssimus D. ANDREAS SCHIRGL, Suae Sanctitatis Summi Pontificis Praelatus Domesticus, Praepositus de Rév prope Budam, E. M. S. Canonicus et Archi-Diaconus Comaromiensis, Synodalis Examinator.

Archi-Diaconus Sasvárensis.

Illmus ac Rssimus D. AUGUSTUS e Com. FORGÁCH de Ghymes et Gács, *pag. XV.*

Archi-Diaconus Neográdensis.

Rssimus D. HENRICUS SZAJBÉLY, Abbas B. M. V. de Valle Veszprimiens, E. M. S. Canonicus, et Archi-Diac. Neográdensis, Emssmi ac Rssimi D.

Card. Princ. Primatis R. et AEppi Strig. per Distr. Tyrnav. in Spiritualibus Vicarius et Causarum Auditor Generalis, SS. Theol. Doctor Colleg.

Rssimus D. THEODORUS ORDÓDY de Eadem et Alsólészkó, Abbas S. Aegidii de Kaproncza, E. M. S. Canonicus Poenitentiarius, Cathedralis Parochus, una Altariae Annuntiatae B. M. V. Rector.

Rssimus D. LAZARUS KÁNTZ, Abbas B. M. V. de Kertz in terra Fogaras, E. M. S. Canonicus.

Illmus ac Rssimus D. JOSEPHUS sen. SZABÓ, Suae Sanctitatis Summi Pontificis Praelatus Domesticus, Abbas B. M. V. de Biers, E. M. S., – et Eminentissimi ac Rssimi D. Card. Principis Primatis R. et Archi-Eppi Strigon. a Latere – Canonicus, Fundi Emer. Parochorum et Defic. Sacerd. Administrator, Synodalis Examinator, Ins. Ord. Leopoldi Imp. Eques, SS. Theol. Doctor Coll., Arcas Romanus.

Rssimus D. CAROLUS BUBLA de Nemes-Ujfalú, Suae Sanctitatis Summi Pontificis Camerarius ad Honores, Praep. S. Sapientiae de Titel, E. M. S. Canonicus, Bibliothecae M. E. Praefectus, penes Gymn. M. Strigon. AEppalis Comissarius, Scholar. Inspector Dioecesanus, Synodalis Examinator.

Rssimus D. JOANNES EVANG. ZALKA, Suae Sanctitatis Summi Pontificis Camerarius Secretus, E. M. S. Canonicus Theologus, Ant. Seminarii Strigon. ad S. Stephanum Proto-Regem Hung. Rector, Histor. Eccl. et Juris Can. Prof., Synod. Examinator, SS. Theol. Doctor Coll.

Rssimus D. SIGISMUNDUS SZUPPAN, Suae Sanctitatis Summi Pontificis Camerarius ad Honores, E. M. S. Canonicus, Seminarii Tyrnav. ad B. M. V. Assumptam, item Convictus Archi-Eppalis Rector, AA. LL. et Phil. Doctor.

Rssimus D. STEPHANUS LIPOVNICZKY de Eadem, Abbas S. Benedicti prope Strigonium, E. M. S. Canonicus.

Rssimus D. ADOLPHUS MAJTHÉNYI de Kesseleökeö, E. M. S. Canonicus, Collegii Pazmaniani Vennensis Rector, Juris Eccl. Doctor, Facult. Jurid. penes R. Scient. Univ. Pest. Membrum Coll.

Rssimus D. ANTONIUS SZÁNTÓFY, Suae Sanctitatis Camerarius Secretus, Praep. S. Lamberti de Somlyóvásárhely, E. M. S. Canonicus, Ins. Ord. Leopoldi Imp. Eques.

Vacant duo stalla.

Canonici Honorarii.

Rssimus D. IGNATIUS KOVÁCS, E. M. S. Canonicus Honor., Par. Nagy-Ölved., per Distr. Párkány. VADiac. Ordinarius, Metrop. S. Sedis Strig. Assessor, Sacerdos Jubil. in annum octavum.

Rssimus D. ANDREAS VARJU, E. M. S. Canonicus Honor., Oppidi Hedervár Par., per Distr. eiusd. nominis VADiac. Ord., Metrop. S. Sedis Strig. Assessor.

Rssimus D. JOSEPHUS VALENTOVICH, E. M. S. Canonicus Honor., Paroch. S. Benedictensis, per Distr. eiusdem nominis VADiac. et Schol. Element. Inspector, Metrop. S. Sedis Strig. Assessor, Conv. S. Bened. de iuxta Grón Conventualis, penes Gymn. Levense AEpalis Commissarius, Synodalis Examinator.

Rssimus D. JOSEPHUS LINTER, E. M. S. Canonicus Honor., Parochus Nagy-Súrensis, Distr. Szeredensis VADiaconus Ord., S. Sedis Tyrnaviensis Assessor, Sacerdos Jubilaris in annum tertium.

Rssimus D. STEPHANUS SZUCHÁNYI, E. M.
S. Canon. Hon., L. R. Civ. Modrensis Parochus, M. S. Sedis Strig. Assessor, per Distr. Baziniensem VADiac,
et Scholar. Element. Inspector.

Rssimus D. ALOYSIUS RÓDER, E. M. S. Can.
Hon., penes R. Scient. Univ. Pest. Doctr. Relig. Profes-
sor P. O., una ad eandem Univ. Orator Sacer., Facult.
Phil. h. t. Pro-Decanus, M.S. Sedis Strig. Assessor, Syno-
dalis Examinator.

Rssimus D. STEPHANUS KOPERNICZKY, E. M.
S. Can. Hon., M. S. Sedis Strig. Assessor, Ant. Sem. S.
Steph. Regis Vice-Rector, Conv. S. Bened. de iuxta
Grón Conventualis, Synodalis Examinator.

Unum stallum vacat.

Succensor: D. Franciscus Pongrácz, una Sa-
cristiae Capitularis Director.

<i>Praebendati:</i>	D. Joannes Nep. Salgó,	<i>una Par. Cath.</i>
	D. Joannes Bapt. Sorecz,	
	in Sem. S. Steph. Can- tus Praefectus.	
D. —	Cooperatores.	

CAPITULUM

INSIGNIS COLLEGIATAE ECCLESIAE POSONIENSIS AD S. MARTINUM.

Praepositus.

Illmus ac Rssimus D. JOSEPHUS VIBER, *pag. XIX.*

Lector.

Rssimus D. ANTONIUS PALSOVICS, Abbas de Valle honesta, Insig. Colleg. Eccl. Poson. ad S. Martin. Lector et Canonicus, Ins. Ord. Imp. Francisci Josephi I. Eques, Sacerdos Jubilaris in annum decimum octavum, Nestor Dioeceseos.

Cantor.

Rssimus ac Magnificus D. NICOLAUS CHERRIER, Abbas SS. Trinit. de Siklós, Ins. Coll. Eccl. Poson. ad S. Martin. Cantor et Canonicus, S. C. R. et Ap. M. Consiliarius, Seminarii Poson. ad S. Emericum Rector, AA. LL. et Phil. item SS. Theol. Doctor Coll.

Custos.

Rssimus D. PETRUS MÉHES de Nyék, Ins. Coll. Eccl. Poson. ac S. Martin. Canonicus, Ins. Ord. Imp. Francisci Josephi I. Eques.

Rssimus D. CAROLUS HEILLER, Abbas S. Georgii Mil. et Mart. de Gottál, Ins. Coll. Eccl. Poson. ad S. Martin. Canonicus, L. R. C. Poson. VADiaconus et Parochus ad S. Martinum.

Rssimus D. JOSEPHUS SZENTIVÁNYI de Eadem, Ins. Coll. Eccl. Poson. ad S. Martin. Canonicus, Sacerdos Jubilaris in annum secundum.

Illmus ac Rssimus D. ANTONIUS L. B. GERAMB,
Abbas de Koloss-Monostor, Ins. Coll. Eccl. Poson. ad
S. Martin. Canonicus.

Rssimus D. JOSEPHUS PRÚNYI, Ins. Coll. Eccl.
Poson. ad S. Martin. Canonicus, SS. Theol. Doctor.

Rssimus D. ADAMUS HAJEK, Abbas B. M. V.
de monte Zebegény, Ins. Coll. Eccl. Poson. ad S. Martinum Canonicus.

Rssimus D. FRANCISCUS URBANEK, Ins. Coll.
Eccl. Poson. ad S. Martinum Canonicus, Sororum Misericordiae Conf. Ord.

Rssimus D. JOSEPHUS CSERNÁK, Ins. Coll.
Eccl. Poson. ad S. Martinum Canonicus, Sanctimonialium
Ursulinarum Conf., penes R. Gymn. Pos. Commissarius
AEppalis, Cruce aurea pro meritis cum Corona decoratus.

Rssimus D. CAROLUS SOMOGYI, Ins. Coll.
Eccl. Poson. ad S. Martinum Canonicus, Sanctimonialium
de Nostra Domina Conf. Ord., Academiae Hung.
Membrum Corresp., SS. Theol. Doctor Coll.

Rssimus D. JOSEPHUS PÁNTOCSEK, Ins. Coll.
Eccl. Poson. ad S. Martinum Canonicus, Inst. Parisien.
pro Religioso-Civili Africae Cultura Membr. Honor.

Chorus Ecclesiasticus.

<i>Succendor: D. Franciscus Veszely,</i>	{	<i>una Par.</i>
<i>Praebendatus: D. Alexander Marschall,</i>		<i>ad S. Martinum Cooperatores.</i>

CAPITULUM

INSIGNIS COLLEG. ECCLESIAE TYRNAVIENSIS
AD S. NICOLAUM EPISCOPUM.

Praepositus.

Rssimus D. GEORGIUS SCHNELL, Abbas S. Pulcheriae de Crisio, Ins. Coll. Eccl. Tyrn. ad S. Nicol. Ep. Praepositus et Canonicus, L. R. C. Tyrnav. Parochus, et VADiaconus, Jubil. Sacerdos in annum octavum.

Lector.

Rssimus D. CAROLUS KESZELBORN, Praepositus S. Augustini de Insula S. Brigittae, Ins. Coll. Eccl. Tyrn. ad S. Nicol. Ep. Lector et Canonicus, Sacerdos Jubil. in annum decimum septimum.

Cantor.

Rssimus D. STEPHANUS NEMECSKAY, Praepositus de Sámson, Ins. Coll. Eccl. Tyrn. ad S. Nicol. Ep. Cantor et Canonicus Poenitentiarius.

Custos.

Rssimus D. PAULUS OKOLICSÁNYI, Ins. Coll. Eccl. Tyrn. ad S. Nicol. Ep. Custos et Canonicus, Jubil. Sacerdos in annum octavum.

Rssimus D. PAULUS GOMBÁR, Ins. Coll. Eccl. Tyrn. ad S. Nicol. Ep. Canonicus senior, et ad S. Sedem Tyrn. Fiscalis Consistorialis, Synodalis Examinator.

Rssimus D. JOSEPHUS HOMOKY de Eadem et Alsó-Korompa, Ins. Coll. Eccl. Tyrnav. ad S. Nicol. Ep. Canonicus iunior, Sanctimonialium Ursulinar Conf. Ord.

Chorus Ecclesiasticus.

Succentor: D. —

Praebendatus: D. —



ABBATIAE
INTRA
AMBITUM ARCHI-DIOECESIS STRIGONIENSIS
EXISTENTES.

S. Stephani Proto-Regis Hung. de Telky.

Rssimus ac Magnificus D. OTHMARUS HELFERS-DORFER, Abbas Ord. S. Benedicti ad Scotos Viennae, et S. Stephani Proto-Regis Hung. de Telky, C. R. Capellanus Aulicus ad Honor., S. C. R. et Aplicae Maj. Consiliarius.

SS. Salvatoris de Lekér.

Illmus ac Rssimus D. JOANNES ALEXI, Eppus Gr. Cath. Szamos-Ujvárensis, Abbas SS. Salvatoris de Lekér.

De Valle B. M. V.

Illmus ac Rssimus D. GEORGIUS NÉMETH de Dömötöri, pag. 6.

B. M. V. de Campo Strigoniensi.

Rssimus D. JOANNES KELECSÉNYI, Abbas B. M. V. de Campo Strig., Cath. Eccl. Nitr. Cantor et Canonicus, Pro-Synodalnis Examinator.

S. Benedicti prope Strigonium.

Rssimus D. STEPHANUS LIPOVNICZKY de Eadem, pag. 9.

B. M. V. de Monte supra Comaromium.

Rssimus D. LUDOVICUS BITNITZ, Abbas B. M. V. de Monostra supra Comaromium, Cath. Eccl. Sáriensis Praep. Maior et Canonicus.

De Rákony.

Rssimus D. HENRICUS KÜMMER, Praep. de Rákony, Dioec. Csanád. Presb., Emer. Consiliarius Scholasticus.

B. M. V. de Prinou.

Rssimus D. ALOYSIUS BRAGATO, Abbas B. M. V. de Prinou, Capellanus et Camerarius Secretus Suae Sanctitatis Summi Pontificis.

B. M. V. de Monte Zebegény.

Rssimus D. ADAMUS HAJEK, *pag. 12.*

De Casar.

Rssimus D. JOSEPHUS BARTON, Abbas de Casar, Archi-Dioec. Strig. Presb., Emer. Consiliarius Scholasticus.

S. Margarithae V. M. de Béla.

Rssimus D. MONTANUS DIVALD, Abbas S. Margaritae V. M. de Béla, Cath. Eccl. Neosoliensis Canonicus, et Scholar. Dioec. Inspector.

Abbatiae Vacantes: S. Benedicti. — De Ludány.

ABBATIAE EXEMTAE

AD JURISDICTIONEM

ARCHI-DIOECESIS STRIGONIENSIS SPECTANTES.

S. Martini Episc. Confess. de S. Monte Pannoniae.

Illum ac Rssimus D. MICHAEL RIMELY, Celleberrimi Regii ac Exemti Archi-Coenobii S. Martini Ep. et Conf. de S. Monte Pannoniae, Partiumque Regni Hung. adnexarum Archi-Abbas, Ord. S. Stephani R. H. Eques, S. C. et R. Ap. M. Consiliarius, Erud. Soc. Arcadiae Rom. item Acad. Relig. Commembrum.

B. M. V. de Dextera S. Stephani R. H. seu de Szent-Jobb.

Excellmus ac Rssimus D. IGNATIUS FÁBRY, Episcopus Cassoviensis, Solio Pontificio Assistens, Abbas B. M. V. de Dextera S. Stephani R. H. seu de Sz. Jobb, SS. Theol. Doctor.

B. M. V. de Valle Paradisi.

Rssimus D. GEORGIUS PLEN CZNER, Abbas B. M. V. de Valle Paradisi, Cath. Eccl. Scepus. Custos et Canonicus.

B. M. V. de Batta.

Rssimus D. JOSEPHUS FERENCZY, Abbas B. M. V. de Batta, E. M. Agriensis Lector et Canon., Pro-Synodalnis Examinator.

S. Georgi Milit. et Martyr. de Csanád.

Rssimus D. STEPHANUS OLTVÁNYI, Abbas S. Georgii Mil. et Mart. de Csanád, Eccl. Cath. Csanád. Praep. Maior et Canonicus, Illmi ac Rssimi D. Eppi Csanád. in Spirit. Vicar. et Causar. Auditor Generalis, Ins. Ord. Leopoldi Imp. Eques, Sacerdos Jubilaris.

B. M. V. de Pécs-Várad.

Illmus ac Rssimus D. JOSEPHUS VIBER, *pag. XIX.*

S. Hippolyti de Monte Zobor.

Rssimus D. JOANNES KRAJCSIK, Abbas S. Hippolyti de Monte Zobor, Cath. Eccl. Nitr. Custos et Canonicus, Juris Universi Doctor Coll.

S. Jacobi de Insula Danubii.

Illmus ac Rssimus D. EMERICUS TÓTH, *pag. 6.*

S. Michaelis Archangeli in Insula B. M. V. Juxta Budam.

Illmus ac Rssimus D. ANTONIUS LIPTHAY de Kisfalud, *pag. XVIII.*

S. Helena de Földvár.

Illmus ac Rssimus D. SIGISMUNDUS DARÓCZY de Királydarócz, Suae Sanctitatis Summi Pontificis Prae-

latus Domesticus, Abbas S. Helenae de Földvár, Praep. S. Joanni de Castro Quinque-Eccles., Cath. Eccles Quinque-Eccles. Lector et Canonicus.

De Casa Nova.

Rssimus D. THOMAS CHERVEN, Abbas de Casa Nova, Cath. Eccles. Neosol. Cantor et Canonicus, Instituti Deficient. Sacerdotum Rector, Pro-Synodalis Examinator.

Abbas S. Crucis de Valle Segniensi.

Rssimus D. AGRICOLA KARGACIN, Abbas S. Crucis de Valle Segniensi, Cath. Eccles. Modrusensis seu Corbaviensis Praepositus Maior, SS. Theol. Doctor.

S. Andreeae prope Vizegrád.

Illmus ac Rssimus D. ANTONIUS KORIZMITS,
pag. XVIII.

B. M. V. de Kolos.

Illmus ac Rssimus D. AUGUSTUS e Comitibus FORGÁCH de Ghymes et Gács, *pag. XX.*

B. M. V. de Valle Veszprimiensi.

Rssimus D. HENRICUS SZAJBÉLY, *pag. 7.*

S. Benedicti de Szkalka.

Rssimus D. ANTONIUS KRAJNER, Abbas S. Benedicti de Szkalka, Buda-Arcensis ad Assumptionem in Coelos B. M. V. Parochus.

S. Henrici.

Rssimus D. JOANNES WIEDERSPERGER Eques a Wiedersperg, Abbas S. Henrici, Metr. Eccles. Olomuc. Canonicus, AEppalis Consiliarius et Consistor. Assessor, SS. Theolog. Doctor.

S. Adriani de Szalavár.

Rssimus ac Amplius D. ENGELBERTUS SCHWERDFEGER, Abbas Ord. B. Benedicti Gotvi-

censis, et S. Adriani de Szalavár, C. R. Consiliarius, Ins. Ord. Coronae ferreae 3-ae Classis Eques.

S. Martini de Bulch seu Bules prope Castrum Solymos.

Rssimus D. MICHAEL KEMP, pag. 6.

B. M. V. in Coelos Assumptae trium fontium de Beel seu Apátfalva.

Rssimus D. FRANCISCUS BOGCHA de Nagy-Damasa, Abbas B. M. V. de Beel seu Apátfalva, Cath. Eccl. Veszprim. Canon. et Archi-Diaconus Simeghiensis, Ins. C. Russici Ord. S. Annae 3-ae Classis Eques.

SS. Salvatoris de Kapornak.

Societatis Jesu.

Abbatiae vacant: *S. Aniani Ep. et Conf. de Tihany.* — *B. M. V. de Madocsa.* — *B. M. V. de Candelis alias Schavnik* — *S. Mariae de Scepusio.* — *S. Joannis de Jánosi.* — *SS. Salvatoris de Szegszárd.* —

PRAEPOSITURAE

INTRA

AMBITUM ARCHI-DIOECESIS STRIGONIENSIS
EXISTENTES.

Strigoniensis Praepositus Maior.

Illmus ac Rssimus D. GEORGIUS NÉMETH de Dömötöri, pag. XVIII.

S. Martini de Posonio.

Illmus ac Rssimus D. JOSEPHUS VIBER, pag. XIX.

Tyrnaviae ad S. Nicolaum Ep.

Rssimus D. GEORGIUS SCHNELL, pag. 13.

S. Georgii de Viridi Campo Strigoniensi.
Rssimus D. MICHAEL KEMP, pag. 6.

S. Stephani de Castro Strigoniensi.
Illmus ac Rssimus D. ANTONIUS LIPTHAY de Kisfalud, pag. XVIII.

S. Thomae de Monte Strigoniensi.
Illmus ac Rssimus D. JOSEPHUS DURGUTH, pag. 7.

B. M. V. de Vágh-Ujhely.
Rssimus D. JOSEPHUS BARINYAY de Monostor, Praep. Curatus B. M. V. de Vágh-Ujhely, S. Sedis Consist. Tyrnaviensis Assessor, Scholar. Element. et Dominic. Director, Conv. Beczkóensis Syndicus Apostolicus.

De Been.
Rssimus D. JOSEPHUS MAJTHÉNYI de Kesseleőkeő, Praep. de Been, Oppidi Bajmócz Parochus, eia-tis Altariae S. Antonii Abbatis Rector, S. Sedis Consist. Neosol. Assessor.

S. Sigismundi de Buda.
Rssimus D. VINCENTIUS RUDOLF, S. Ord. Milit. Crucig. cum rubea Stella Commendator, Abbas S. Martini de Vasca, Praep. S. Sigism. de Buda, Arcis Reg. Budensis Parochus, atque S. Dexterae S. Stephani Proto-Regis Apostol. Custos, Ins. Ord. Leopoldi Imp. Eques, Cruce Aurea pro piis meritis decoratus.

De Thoub.
Rssimus D. JOANNES RAZEL, Praep. de Thoub, Oppidi Gyula Parochus et Local. Scholae Director, S. Sedis Consist. MVarad. L. R. Assessor.

S. Joannis Bapt. de Buda.
Illmus ac Rssimus D. LADISLAUS GYŐRFFY, pag. XIX.

S. Eustachii de Csúth.

Rssimus D. GABRIEL GRÁGER, Praep. S. Eustachii de Csúth, Oppidi Mohács Parochus, Distr. cogn. Surr. VADiac. et Scholar. Loc. Director.

De Rév prope Budam.

Illmus ac Rssimus D. ANDREAS SCHIRGL, *pag. 7.*

B. M. V. de Nove Monte Pestinensi.

Rssimus D. FRANCISCUS MÁRCZY, Praep. B. M. V. de Novo Monte Pestin., VADiac. et Parochus Novákensis in Dioec. Nitriensi.

De Ságh.

Rssimus D. ALEXANDER MATUSKA, Praep. de Ságh, L. R. Civ. Baziniensis Parochus, Distr. cogn. Notarius.

B. M. V. Ecclesiae Novae ante Castrum Budense.

Rssimus D. ANTONIUS SZABÓ de Dalafalva, Praep. B. M. V. Ecclesiae Novae ante Castrum Budense, L. R. Civ. Szakolcza. Parochus et Decanus, S. Sedis Tyrnav. Consist. Assessor, penes Gymn. Szakolczaen. Commissarius Archi-Eppalis, AA. LL. et Phil. Doctor, SS. Theol. Baccalaureus.

Praepositurae vacant: S. Stephani de Bozók. — SS. Petri et Pauli AA. de Vetere Buda. — S. Margarethae de Dömös.

**PRAEPOSITURA EXEMPTA
JURISDICTIONI ARCHI-DIOECESIS STRIGONIENSIS
SUBJECTAE.**

**S. Joannis B. de Jászó, item S. Crucis de Lelesz nec non
S. Stephani P. M. de Promontorio M. Varadinensi.**

Illmus ac Rssimus D. JOSEPHUS RÉPÁSSY, S. et
Candidi Ord. Canonic. Regul. Praemonostrat. Praelatus,
Convent. Eccl. S. Joannis Bapt. de Jászó et S. Crucis de
Lelesz, nec non S. Stephani Proto-Martyris de Promon-
torio M. Varad. Praepositus Infulatus.

**S. Michaelis Archangeli de Csorna, SS. Petri et Pauli AA.
de Horpács, item: B. M. V. Annunciate de Túrje, ac S.
Joannis de Monte seu Jánoshida.**

Rssimus ac Amplius D. VINCENTIUS SIMON,
S. et Candidi Ord. Canonicorum Regular. Praemonostra-
tensium Praelatus, S. Michaelis Archang. de Csorna, SS.
Petri et Pauli AA. de Horpács, item B. M. V. Annunc.
de Túrje, et S. Joannis de Ponte seu Jánoshida Praep.
Infulatus.

De Ságha in Scepusio.

Rssimus D. JOANNES NEP. WEISZ, Praep. de
Ságha in Scepusio, Cath. Eccl. Neosol. Lector et Cano-
nicus, Lycei Episc. Neosol. Pro-Director, Examinatorii
Pro-Synodalis Praeses et Examinator.

S. Joannis Bapt. de Develich.

Rssimus D. STEPHANUS VAGYON de Hanzlik-
falva, Praep. S. Joannis Bapt. de Develich, Cath. Eccl.
Nitr. Canonic. Theologus et Archi-Diac. Cathedralis.

B. M. V. de Csöpőfeő.

Rssimus D. ANTONIUS KREMINGER, Praep. B. M. V. de Csöpőfeő, L.R.C. Szegedensis ad S. Demetrium M. Parochus, Distr. cognom. VADiacon. et Scholar. Element. Inspector, Instituti Praeparandiae Director, S. Sedis Consist. Csanád. Assessor, SS. Theol. Doctor.

S. Nicolai de Landek in Scepusio.

Rssimus D. PAULUS GOTTLIBOVICH, Praep. S. Nicolai de Landek in Scepusio, Cath. Eccl. Quinque-Eccl. Canonicus et Archi Diac. Tolnensis, Sacerdos Jubilaris.

S. Huberti de Graba alias Garáb.

Rssimus D. JOANNES SAMUEL STRBA, Praep. S. Huberti de Graba alias Garáb, Parochus Oppidi Dettva, S. Sedis Consist. Neosol. Assessor.

S. Michaelis de Hatvan.

Rssimus D. ALOYSIUS JANIKOVICS, Praep. S. Michaelis de Hatvan, Oppidi cognominis Parochus.

S. Nicolai extra Muros Albae-Regalis.

Rssimus D. IGNATIUS THOMAER, Praep. S. Nicolai extra Muros Albae-Regalis, Oppidi Szegszárd Paroch., Dist. cogn. VADiac. et Schol. Element. Inspector, S. Sed. Consist. Quinque-Ecclesiensis Assessor.

S. Lamberti de Somlyóvásárhely.

Rssimus D. ANTONIUS SZÁNTÓFY, pag. 9.

De Steinbach in Scepusio.

Rssimus D. JOSEPHUS HERMANN, Praep. de Steinbach in Scepusio, Cath. Eccl. Vaciensis Fundat. de Mensa Eppali Canonicus, ac Pro-Synodalis Examinator.

B. M. V. de Thurócz.

Rssimus D. EMERICUS HIROS-SZLIACZKY,
Praep. B. M. V. de Thurócz, Parochus Velicsnaensis in
Dioecesi Scepusiensi.

S. Michaelis Archangeli de Insula Leporum.

Rssimus D. PETRUS FARKAS, Praep. S. Michaelis Archang. de Insula Leporum, Parochus Jászberény.
in Dioec. Agriensi.

S. Sapientiae de Titel.

